Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift

quod eciam confirmat ꝓsper. Hinc dicatur in ecclesiastico. iustus si morte preoccupatus fuerit in refrigerio erit. cui deus per miraculum ueli coniugis sue reuelauit locum lineplacatum pro monasterio edificando vt statim dicetur. in cuius rei testimonium extant littere consolatorie sce memorie innocencij secundi. Quarum prima ad agnetem vxorem et filios dirigitur tenoris infrascripti. Innocencius eps tc. Dilecte in xpo filie agneti vxori quondam leopoldi marchionis et filijs eius salutem tc. Audita morte nobilis viri leopoldi mariti tui. humanitatis racione tanto amplius condoluimus quanto ipsum vtpote beato petro nobisque deuotum in vita sua affectione paterna dileximus. de cuius nimium obitu certitudine habita eidem auctoritate apostolica absolutionem fecimus. et pro anime sue remedio in nostris orationibus dominum deprecamur. Pinde nobilitatem vestram aplicis litteris visitantes rogando mandamus. vt pro eo q̃ tam de prolo viro diuina prouidencia factum est. dolorem super dolorem tristiciam super tristiciam non adcatis. sed potius tanquam mater erga filios et filij erga matrem omnimodam dilectionem atque reuerenciam studeant adhibere. et in pace et concordia viuere tc. Nec mirum si idem sce memorie innocencius secundus illum mortuum absoluit. cum pape in potestatis clauium virtute concessum sit eciam mortuos absoluere. et in sacris canonibus legatur ecclesiam eciam mortuos absoluisse. vt patet xrmj. q. ij. c. sane ꝓfertur. et in canone innocencij iij. videlicet in c. a nobis. vsi. ne obstat. de sen. ex. est enim iudex romanus pon. viuorum et mortuorum. quinimmo et angelorum cum dicat aplus ad corim. vj. nescitis q̃m angelos iudicabimus tc. vt patet in c. per venerabilem qui fi. sint le. Ipsius eciam pij leopoldi vite sancti moria ex eo manifestissime comprobatur. q̃ cum eius studium summa diligencia semper versaretur vt magnam sui primo nij parte in pios vsus dispensaret. intenderet religiosorum solemnia monasteria tum destituta reparare. tum eciam de nouo edificare. A deo omnipotente obtinuit sibi